Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



149 207

deforis et calicis et catini mundatis: quod autem intus est uestrum plenum est rapina et iniquitate Stulti: nonne qui fecit quod deforis est: etiam quod intus est fecit Verumtamen quod superest date elemosinam: et ecce omnia munda sunt uobis Sed ue uobis pharisei: qui decimatis mentam et rutam et omne olus et pertransitis iudicium et caritatem dei Hec autem oportuit facere: et illa non obmittere Ue uobis pharisei: qui diligitis primas cathedras in synagogis et salutationes in foro Ue uobis qui estis ut monumenta que non parent et homines ambulantes super nesciunt Respondens autem quidam ex legisperitis: ait illi Magister: hec dicens etiam nobis contumeliam facis: At ille ait Et uobis legisperitis ue: qui onerastis homines oneribus que portari non possunt: et ipsi uno digito uestro non tangitis sarcinas ipsas

Omnium clamare ad dnm exaudiunt Do: x: Introitus Vocem meam audiuit eos qui est ante secula et manet in eternum iacta cogitatum tuum in dno et ipse te enutriet Ps Exaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam Col

Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserando manifestas: multiplica super nos gratiam tuam: ut ad tua promissa currentes celestium bonorum factos esse consortes Per dnm ad

Fratres Scitis quoniam gentes Corintheos cum essetis: ad simulacra muta prout ducebamini euntes Ideo notum uobis facio quod nemo in spiritu dei loquens: dicit anathema iesu: et nemo potest dicere dns iesus: nisi in spiritu sancto.